



**R. P. Ferdinandi De Castro Palao, Legionensis Soc. Iesv,  
Sacræ Theologiæ Professoris, Et sanctæ Inquisitionis  
Qualificatoris & Consultoris; Operis Moralis, De Virtvtibvs,  
Et Vitiis Contrariis, In ...**

De Virtute Religionis, Et Ei Annexis; Continens quatuor Tractatus  
Theologiæ Moralis præcipuos. Primus, in ordine decimusquartus, de  
Iuramento, & Adiuratione. Secundus, de Voto. Tertius, & charior Authori,  
de statu Religioso. Quartus, de vitiis oppositis Religioni

**Castro Palao, Fernando de  
Lugduni, 1669**

Qualiter Monialibus interdictus sit è suo Monasterio egressus. punct. 9.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76572](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-76572)

In priuatione officiorum, & inhabilitate ad illa maior est est dubitatio, quis possit dispensare? Et quidem si haec precepsa ipso facto ante iudicis sententiam contraherentur, essentque occultae, neque ad forum contentiosum deductae, posset Episcopus dispensare virtute Trid. concedens omnes causas occulatas, id ipsumque possenti Religiose mendicantes, & omnes alii eorum priuilegiis fruentes ob Constitutionem Pij V. in favorem Dominicane familie, cuius meminim Man. Rodig. tom. I. quæ regul. quest. 69. art. 1. & in expositione presentia Constitutionis proprie fime num. 35. qua Prælati dictæ Religionis concessit, ut possint suis subditis ea tamen conditione, ut per se ipsos, & non per substitutos, & delegatos faciant. Verum si haec precepsa publica sint, vel ad forum contentiosum deductae (etio Episcopus in eis dispensare non possit, quod non est certum, ut statim dicimus, siquidem non sunt pontifici referuntur) at Prælati Religionum mendicantium, & confessores ab eis deputati dispensare oportere possunt semel in vita, & in morte, concessionis Eugenij IV. facta minoribus, quæ refertur in mare magno fol. 61. & 64. concil. 85. & in compendio priuilei. verbo ab solito extraordinaria quædam fratres 6. §. 3. cuiusque meminim Man. Rodig. in expositione presentia confitit. Pj V. propria fime. n. 35. Debet tamen dispensari virtute huius priuilegii singulis hebdomadis per annos psalmos penitentiales recitare, quod si aliqua hebdomada ob legitimum impedimentum id prestare non possit, anno sequente supplicare debent. Deinde Prælati Societatis Iesu, & qui in eisdem priuilegiis communicant possunt ex concessione, Pauli III. relata verbo Absoluto, n. 1. in hac priuatione, & inhabilitate dispensare; quia ibidem conceditus potestas absolviendi ab omnibus casibus sedi Apostolicæ referuntur præter contentos in Bulla Corinæ, & ab omnibus cenfuriis, & penitentibus configurantibus ex eis. Cum autem haec precepsa ex delicto non referuntur in Bulla Corinæ configurant, poterint aboliri à dictis Prælati. Neque obstat priuilegium uti verbo aboliri, cum tamen haec precepsa non abolutione, sed dispensatione tolli debeant; quia tæpe in priuilegiis absoluendis nomina latissimam habet significacionem, id est significet quod tollere, & abolere, ut notauit Suar. tom. 4. de Regis tract. 8. lib. 2. cap. 21. fine n. 16. & ita tenet in presenti Sanch. lib. 6. sum. cap. 15. fine. n. 78.

Sed quid si supradictæ precepsæ priuationis, & inhabilitatis, ut pote indigenes ad eum incursum sentient iudicis, ex illo sententia declaratoria imponit sint? Negat Sanch. lib. 6. sum. cap. 15. n. 78. initio. Episcopum, vel Religionis Prælatum dispensare posse, nullum tamen adducit fundamentum, sed illud est pote, quia sunt haec Pontificio iure statuta, & facta delicti declaratione centeruntur ad Pontificem impouit; at inferior nequit superioris facta derogare, ergo neque Episcopum, neque Religionis Prælatus poterit in supradictis dispensare. Ceterum verius credo & posse Episcopum, & Religionis Prælatum cum suis subditis in his precepsis dispensare, postquam resipuerint; egerintque penitentiam; quia cum haec Pontifici non sint referuntur, cenfuntur Ordinariis concessio. Argum. cap. nuper. de sententia excommunicati. expedit enim haec concessio recto Ecclesiæ regimini, sic pluribus firmavi, rati. 3. de legibus disp. vlt. de dispensat. punct. 6. appositus quibusdam limitationibus, quæ ibi videri possunt.

## P V N C T V M I X.

Qualiter Monialibus interdictus sit è suo monasterio egredii?

## S V M M A R I V M.

- 1 Omnes Moniales iure Ecclesiastico obligantur, ne e monasterio excent.
- 2 Non est dubium ad clausuram Moniales obligari posse.
- 3 Quæ Moniales conseruare, seu latice clausuram excipiuntur.
- 4 Conscientia abrogari posse lex clausura.
- 5 Explicantur loca, quorum comparatione haec clausura seruanda sit.
- 6 Posset Episcopus in monasterio sibi subiecta hanc clausuram inducere.
- 7 Quæ de monasteriis regularibus subiectis i Probatar late in his posse Episcopos clausuram indicere, & que visitare.
- 8 Non est opus quotannis clausuram decretum publicare.
- 9 Spectato iuriis rigore necessarium erat Moniali ad egressus, non solum ut Prælati regulares, quibus est subiecta, approbarent eam, sed etiam Episcopi.
- 10 Qui nomine Episcopo veniat?
- 11 Stante legitima causa manifesta, & evidenti egressus, si Episcopus nolle approbare eam, vel Prælatus licentiam concedere, posse Moniali exire, impediri tamen potest ex accidente.
- 12 Expenditur que sit legitima causa egressus.
- 13 Ex causa simili supradicta potest licentia concedi.

Ferd. à Castro. Sum. Mor. Pars III.

- 14 Ob morbum aliis non contagiosum negat communis sententia licentiam concedi posse.
- 15 Oppositorum probabilitate non caret.
- 16 Legitima est causa egressus, si exeat Monialis ad fundandum monasterium, vel regendum.
- 17 Ob iuramentum fidelicitas, idemque ob paenitentiam agendum licentia concedi potest.
- 18 Quid ob aeris intemperiem, & continuas infirmitates.
- 19 Cessante causa, ob quam Monialis egressa est, radice illico debet.
- 20 Quæ panis sint imposte egradientibus, & ad egressum cooperantibus?
- 21 An haec pene afficiant Moniale legitulo titulo egressam, sed inquit extra commorantem.
- 22 An Episcopi in supradictis panis incurrire possint? Propositorum dubitandi ratio, sed resolutur posse incurrire.
- 23 Quæ comitatus, & receptione fini necessarij ad incurriendas dictas panas.
- 24 Requiritur ad supradictarum panarum incursum egressum ex clausura completum esse.

I Vrbe Ecclesiastico constat omnibus monialibus profectis egressis è suo monasterio interdictum esse, cap. particulo, de statu regulari, in 6. quod dictum renouavit Trident. fest. 15. o. 5. id de regulari. & Pius V. sua constit. incipiente, circ. pastorale, edita anno 1566. 4. Kalendas Junij, & alia incipiente, Decori, & honestati, edita Kalend. Februar. anno 1569. obligare autem hæc decreta omnes Moniales profectas, sine antea voulent, obseruantent clausuram, siue non, euidenti est. Nam Bonifac. VIII. in c. poriculoso, non tam intendit hanc obligationem vt antiquam renouare, quam denud statuere, vt facit indicant illa verba: *Presentis constitutionis perpetuo irrefragabiliter validita sanctius unitus, & singulis Monialibus presentes, atque futuras, cuiuscunq; Religionis sint, vel Ordinis, in quibuslibet mundi partibus existentes sub perpetua in suis monasteriis decere de cæstro permanere clausura. Idem constat ex Trident. renouante hanc constitutionem, & Episcopis praepiente, vt in omnibus monasteriis sibi subiectis ordinaria, in aliis vero ledis Apostolicæ autoritate clausuram Monialium, vbi violata fuerit, diligenter restituiri, & vbi in iuglata est, conseruari maxime procurari, quasi diceret, vbi clausula indicta à Bonifac. V 11. violata fuerit, restituatur, vbi seruata est, retineatur diligenter; & paulò inferius subdit: Nemini sanctimonialium licet post professionem exire a monasterio etiam ad breue tempus quounque prætextu, nisi ex aliqua legitima causa ab Episcopo approbanda, indulcis quibusunque, & priuilegiis non obstantibus, & in cap. 22. eiusdem fest. præcepti Concilium omnia in præcedentibus capitulis statuta seruari, non obstantibus quibusunque statutis, & priuilegiis quacunque firmate munitis, & quibusunque præscriptionibus, & consuetudinibus etiæ immemorabilibus. Erat autem in cap. 5. præcepta omnibus Monialibus clausura: ergo, non obstante præscriptione, & consuetudine immemorabili in contrarium seruanda est. Clarius Pius in sua dicta constitut. circa pastoralis, hanc obligationem expressit his verbis. Hac igitur perpetuo valitura constitutione inhærentes etiam constitutioni felicis recordationis Bonifac. Papa VIII. prædecessoris nostri, quæ incipit: *Periculoso, & decretis Concilij Trident. super clausuram Monialium editis, autoritate Apostolica statutum tenore præsentium, atque perpetuo decernimus, viuenteras, & singulas Moniales prælentes, atque futuras cuiuscunq; Religionis, Ordinis, vel militiarum etiam. Hierosolymitanæ sint, quæ vel iam receperæ sint, vel impoteru in quibuslibet monasteriis; sive dominibus recipiuntur, & tacite, vel expresse Religionem profici, etiamq; conuerse aut quoconque nomine appellantur, etiam si ex instituto, vel fundacionib; earum regulæ ad clausuram non tenentur, nec vnquam in eum monasteriis, seu dominibus etiam ad immemorabili tempore ea seruata fuerit, sub perpetua in suis monasteriis, seu dominibus de cæstro debere permanere clausura; & paulò inferius inquit: Quod si aliquæ Moniales forsitan repeterint, quæ consuetudine etiam immemorabili, aut in instituto, vel fundatione regulæ sive factæ animo obtinato clausura resistant, aut quoquo modo relinquent, ordinarij vna cum superioribus earum omnibus iuris, & facti remedii compellant eadem tanguam rebellis, & incorrigibiles ad præcisæ subeundam dictam clausuram, & perpetuo obseruandam. Mulieres quoque quæ Tertiariæ, seu de penitentia dicuntur cuiuscunq; Ordinis fuerint, ita vt soleme votum emiserint ad clausuram præcisæ, vt premittitur & ipse teneantur. Quod si votum soleme non emiserint, ordinarij vna cum superioribus earum hortentur, & persuadere studeant, vt illud emittant, & proficiantur, ac post emissionem & professionem eidem clausura se subiecant. Quod si recusat, & aliquæ ex eis invenientur fuerint scandalose vivere, severissime puniantur. Cæteris autem omnibus sic absq; emissione**

T. profectis,

professionis, & clausurae vivere omnino voluntibus interdicimus, & perpetuo prohibemus, ne in futurum ullam aliam profus in suum Ordinem, Religionem, Congregationem recipiant. Quod si circa huiusmodi, ac nostram prohibitio-nem, & decretum aliquas receperint, eas ad sic vivendum omnino inhabiles reddimus, ac illarum quilibet professiones, & receptiones iritis decernimus, & nullas s; prout etiam praefenti decreto iritas facimus, & annullamus. Deinde hanc constitutionem idem Pius V. roburauit grauisimis penitentia in constitutione, qua incipit: *Decor, vbi prohibet exitum Monialibus sub excommunicatione sibi referuate, nisi ex causa magni incendi, vel infirmitatis, lepra, aut epidemie: qua causa cognita, & approbata sit in scriptis ab ordinario tamet monasterium exemptum sit.* Deinde Gregor. XIII. in sua constitutione, qua incipit: *Deo sacris virginibus, edita anno 1572. 3. Kalend. Ianuarij, candem clausuram confirmavit, & explicavit loca sub clausura contenta.*

2. Ex quibus liquido constat, nemini iam esse licitum dubitare Pontificem posse, & de facto obligatas Religiosas Professoras ad hanc clausuram, tamet cum Professionem fecerint, exempla fuerint ab illius obseruatione. Ratio autem, in qua haec potestas fundatur, ea est quia assument aliquem statum, & obligatus in eo perleuerate, eo ipso obligatur ad eam, que ad conseruationem integrum, & purum illius iudicata fuerit a Reforte illius status moraliter necessaria. At clausura Monialium iudicata est a Pontifice moraliter necessaria, vt Religiosas starus femininarum integre, & pure conferuerit; eaque de causa Bonif. VIII. vocavit statum Monialium sine clausura periculum, & noxiun. Ergo potest Pontificis hanc clausuram dicto statui annexare, & Moniales Professoras obligare ad illius obseruationem. Potest inquam, & fecit, cum ex iurisdictione, qua Ecclesiam Dei gubernat, & necessaria, seu valde utilia cuiuslibet status conformatio[n]e prouiderit, tunc ex potestate dominativa, quam in Religiosos obtinet ex voto obediencia emissa, & professione facta, arte ita tenent ones Doctores Catholicci apud Naunt. *comm. 4. de Regularib. num. 40.* Eman. Rodig. *t. 1. q. regular. q. 44. art. 2. seqq.* Suar. *t. 4. de Relig. tract. 2. lib. 1. cap. 8. n. 7. & 8. Baibosa 3. p. de post. Episc. alleg. 102. n. 13. & seqq. Sanch. lib. 4. sum. cap. 15. num. 3.*

3. Ab hac regula generali videntur excipiente Moniales conuerse (sic nuncupata, quia ad seruitia ministeriale corporalia destinantur) tamet Professoras sive ex Constitutione Pij V. *circa pastoralis.* His enim indulget Pontifex, si monasterium elemosynis fiduciam indiget per has conueretas colligendas, posse extra monasterium in domo aliqua contiguam manere ad hunc effectum, dummodo arcis sint 40. neque monasterium ingrediantur, nisi in casibus permisissis, neque ad colligendas elemosynas accedant, nisi de licentia ordinarij, & thorum superiorum. Hae tamen indulgentia, & clausura remissio solus erat pro conueris professoris eo tempore existentibus. Nam ex cetero inquit Pius V. nullæ aliae professoras conuerse recipi amplius etiam de confessu suorum superiorum, vel Praelatorum possint, hoc est vt extra monasterium ad hunc effectum colligendi elemosynas degant. At Gregor. XIII. in sua Constitutione *Deo sacris virginibus*, videtur praediti Pij V. Pontificis mentem explicuisse aliquo modo mutando. Nam postquam statut omnes conueretas professoras reducendas sive ad clausuram, nullæque alias in futurum recipi in monasteria debere, nisi professionem suo tempore emisuras, subdit hæc verba difficultia. Quod autem idem Pius statut de cetero nullas alias conueretas professoras recipi amplius posse, ita esse intelligendum declaramus, præter illas conueretas, quæ extra monasterium in dominis configurari degerent. Ex quibus verbis colligitur (inquit Sanc. lib. 4. de Relig. tr. 8. lib. 1. c. 8. n. 21.) *concessisse* Gregor. posse recipi Moniales conueretas professoras, vt extra monasterium degerent, sive ad effectum colligendi elemosynas necessariam sint; sed non credo hunc esse lenitus illorum verborum Gregorij aliam non mentem Pij V. declarare, sed contradictorium illorū; siquidem Pius V. manifestè voluit nullas alias professoras conueretas recipi amplius posse, vt extra monasterium degant, etiam si videantur necesariora ad elemosynarum collectionem; præcipit enim superioribus, vt ipsi prouideant de aliis personis, & Deo deuotis, quæ fidelium elemosynas colligant, si necesariora Monialium succurrerent sufficienter non posset, nullas alias professoras conueretas abesse obligacione clausuræ recipiendo. Quapropter existimatio verba Gregorij sic esse intelligenda, vt nullæ aliae conueretas professoras recipi possint extra monasterium degerentes præter illas conueretas, quæ de facto extra monasterium in dominis configurari degerent, vel ut placet Mand. Rodig. *t. 1. q. regul. q. 44. 4. 4. concil. 2.* præter illas conueretas non professoras, sed sola vota castitatis, & obediencia simplicia emitentes. Sit ergo certum, nullam Monalem, etiam si conuersis recipi amplius ad professionem posse, quæ obligatione careat seruandi clausuram, sed omnes professoras hac obligatione teneri.

4. Verum etiā hoc ita sit; potest nihilominus supradicta

lex clausura consuetudine abrogari: quippe solo iure Ecclesiastico introducta est. Nec enim status Religiosus, nec votum castitatis hanc clausuram ut necessariam ad sui essentiam expostulat, eto exigant illam, ut maximè conuenientem. At aduersus legem Ecclesiasticam prævalere potest conuertudo, ut latè probauit, *l. p. tr. 3. de legib. disp. de confusa.* Ergo conmor. lib. 13. c. 8. q. 1. Sanch. lib. 6. sum. c. 15. n. 4.

e. Loka in quibus seruanda est clausura sunt, eaque seculari bus non patent. Quare si est clausura ad Ecclesiam Monialibus sub excommunicatione sibi referuate, nisi ex causa magni incendi, vel infirmitatis, lepra, aut epidemie: quæ causa cognita, & approbata sit in scriptis ab ordinario tamet monasterium exemptum sit. Deinde Gregor. XIII. in sua constitutione, qua incipit: *Deo sacris virginibus, ibi: Declaramus præter nullis Monialibus etiam tertiaris licere habere oculum per quod ex monasterio interiori intriti possit in ipsam Moniam, & diuina officia patere soleas accessus, sed omnino uno obstruendum.* Nec itidem licere Monialibus etiam tertiaris egredi à ianua monasterij, qua est pro clausura monasterij ipsius, etiam ad claudendam aliam vterorem ianuam, quæ patere soleat ait seculari bus venientibus vel ad toram, vel ad crates, seu loca colloquii destinata, quæ vñ ḡ. Parlatoria vocantur, vel ad pulsandum ipsam ianuam clausuræ, quæ loca cum saltē pro causa prædictis patere soleant seculari bus, extra clausuram celeriter debent etiam quo tempore clausa sunt.

6. Restat tamen quadruplices endona difficulias. 1. An Episcopis competat etiam in monasteria regularibus Prelatis subiecta hanc clausuram indicere, & de eius obseruancia vigilare? 2. An ei competit approbatio causa legitima ad egressum? 3. Quæ sit legitima causa egressus? 4. Quæ sunt imposita egradientibus abesse causa, vel ad eam actionem cooperantibus.

Primum igitur posse Episcopum clausuram indicere monasterii sibi subiectis autoritate ordinaria, sibi subiectis vero feiti Apostolicae autoritate delegata expressè decidere à Trid. *off. 2. c. 5. & 21. de regal.* Sed quia alia sunt monasteria à iurisdictione Episcoporum exempta, neque Pontifici immediate subiecta, sed subiecta regularibus Prelatis.

7. Dubium est, an his monasteriis Episcopi clausuram indicere possint, & indictam inflare, an obseruare? Affirmat id posse Praxis Episc. 2. 2. p. verbo *Monialis q. 4. & 8. Babola p. de post. Episc. alleg. 102. m. 7. & 8.* reteretur ibi, & in remission. Concilij à Sacra Congregatione decimum esse. Moxique possunt nam etio Bonifac. VIII. in c. periodico clausuram horum monasteriorum indicandam consilient corum Prelatis, vt constar illis verbis: *Abbates, & alij tan exempli quam non exempti Prelati Ecclesiarum; monasteriorum, & Ordinum quatuorunque in monasteriis huiusmodi sibi subiecta de Monialibus includendis, quamprimum commode possunt providerent procurantur, tamen non inferunt Trid. de creto & Constat. Pij V. hanc facultatem Episcopos concessa non esse.* Non enim abesse causa Trid. cum de monasteriis sed di Apostolicae subiectis locutum est, omisit dicere immediate subiectis, sicut dixit Bonifac. vt hac ratione potestatem Episcopi extendere ad monasteria sedi Apostolicae subiecta esse immediata, sive mediatae mediis scilicet Prelatis regulatis, quod Pius V. vt omnem dubitationem sollet in suo proprio incipiente *circa pastoralis*, videat expressè declarare. Mandantes (inquit in virtute S. Obedientie Primatibus, Archiepiscopis & Episcopis quatenus in ciuitatibus & diocesis propriis præfentes nostras literas publicare facias, ac in monasteriis Monialium sibi ordinatio iure subiecta, in his verò quæ ad Romanam mediatae, & immediatae spectant Ecclesiam, sedis Apostolicae autoritate vna cum superioribus eorumdem monasteriorum clausuram, vt præmitur quamprimum potest seruari, procurare. Constat ergo ex his verbis Episcopis sedis Apostolicae autoritate posse clausuram indicare vna cum superioribus prælatis, vna cum ipsorum monasteriorum prælatis, id est simili ac ipso monasteriorum prælati.

Dices, Trid. & Pium V. non intendisse suis decretis dispositioni Bonifacij VIII. derogare, sed potius eam confirmare, & reuocare. At Bonifac. VIII. solum concessi Episcopis, ut in monasteriis sedi Pontificis immediate subiecta clausuram indicarent. Ea vero, quæ Prælatis regularibus subiecti sunt corum gubernationi subiecti, vt constar ex verbis num. præcedentis relatis, ergo Trid. de creto, & Pij V. Constitutione aliam autoritatem habent non posse, s; quidem commune est constitutionem declarantem, & interpretantem intelligi debere cum eisdem extenso[n]ibus, & limitationibus ac est constitutio declarata, præterquam quod Pius V. solum dixit posse Episcopos in monasteriis sedi Apostolicae mediatae, vel immediate subiecta clausuram indicare vna cum superioribus coruadum monasteriorum.

Quod intelligendum venit<sup>1</sup> singula singulis tribuendo, ne mē posse Episcopos in iis, que immediate, Prælatos vero regulares in iis, que mediare, sedi Apostolicae subiiciuntur; non autem ut possint Episcopi in iis que mediare sedi Apostolicae, & regularibus Prælati immediate subiiciuntur. Alias non recte Pius V. diceret clausuram indicere iuxta formam Constitution. Bonif. VIII. in sacro Concil. Trident. innovatam, & approbatam seque illam approbare, & innovere in omnibus & per omnia s' acutus sit hunc modum dicendi tener. Nauar. comm. 4. numer. 60. initio de regal. L'amas Methodio curationis in appendice, quam ponit in fine §. 5. Sanch. lib. 6. fum. c. 15. n. 21.

Respondeo concedendo Trid. & Pium V. confirmare, & innovare Confit. Bonif. VII. nulloque modo eam derogare; tametsi ad constitutam clausuram maiorem autoritatem præstant Episcopos, quam præstiter Bonifac. VII. ex hac enim majoris autoritatis, concessione, scilicet in monasteria Prælati regularibus subiecta non tollitur, nec minuitur Prælati regularibus potestas sed potius illis fauet. Ergo ob hanc concessionem non derogatur dispositioni Bonif. VII. sicuti iurisdictioni, quam habent ordinarij absoluendis a peccatis & censuris non derogatur ex ea quo Religijs candom potestatem ex priuilegio habeant. Præterea si Prælati regularis manifeste negligens esset in indicenda, & conferenda suorum monasteriorum Monialium clausura, posset utique Episcopus, sedis Apostolicae delegatus illius observationem procurare, vt tenet Ludou. Miranda in Man. Pral. tr. de sacris Monial. q. 2. art. 14. n. 3. Ergo sicut est, in monasteria Prælati regularibus subiecta Episcopos iurisdictionem habere quoad effectum clausura obseruanda. Ex quo sit, non solum eo cau, cum de manifesta violatione clausura constat, sed quod id dubium est posse Episcopos dicta monasteria visitare, an clausura recte obserueret, vt variis decisionibus comprobaret. Bart. sum in remiss. Conc. sess. 25. cap. 5. tom. 3. §. de pote. Epis. alleg. 102. numer. 7. & 8. neque enim Concilium, aut Pius V. eius facultatem restrinxit pro manifesta clausura violatione fed potius generalem facultatem feci pro clausura procuranda.

8. Vnde autem ex modis, quibus Pius V. in sua confit. quæ incipit Deori, voluit ut Episcopi, aliquid Prælati ordinarij clausuram procurarent, fuit, vt quoctam decretem de obseruanda clausura in suo districto publicarent, sicut enim eis præcepit in dicta Constitutione. At hoc præceptum videtur Greg. XIII. in sua constitutione temperante solum vnicam indicendo publicationem præterquam quod præceptum vnu, & confutudine derogatum videtur; cum nullibi Prælati singulis annis illud decretem publicent, nec se fentiane ea obligacione astricatos. Nau. com. 4. de Reg. n. 54. Sanch. lib. 6. fum. c. 15. n. 23.

9. Ex decisione præsentis difficultatis venit decidenda seculadian Episcopis competat approbatio causa, vt possit quilibet Monialis è claustro egredi? Non est dubium Episcopo competere, si Monialis illi est subiecta, vel est subiecta immediate sedi Apostolica; quia tunc non solum debeat approbata esse clausum legitimam egrediendi, sed etiam debet ut superior licentiam ad egressum concedere. Solum de monialib. Episcopo exempta, & regulari Prælati subiecta, est dubium, an approbationem causa legitima egressus ab Episcopo requirat; Negat Man. Rodrig. tom. 1. quæs. reg. quæs. 49. art. 6. duplice ratione: Prima, quia non est in vnu. Secunda, quia concessa facultate à Provinciali, seu Generali Prælati, quibus haec monasteria subduntur, censetur concessa ab Episcopo; & quippe illi habent iurisdictionem quæ Episcopalem: concessit huic sententiæ Llamas Methodio curat. in append. §. 5. & 9. Sed dicendum est spectato iuri rigore necessariam esse prædicta Moniali non solum licentiam, & approbationem causa sui egressus datam à Prælatis regularibus, sed etiam ab Episcopo ex const. Pij V. incipiente deori. & honestati, ibi. Quæ tamen infirmitas præter alios Ordinum superiores, quibus cura monasteriorum incumbet, etiam per Episcopum, seu alium loci ordinarium, etiamsi prædicta monasteria ab Episcoporum, & ordinariorū iurisdictione exempta esse repertarunt, cognita, & expresa in scriptis approbata sit. Ex quibus verbis manifeste conuincentur sententiæ Man. Rodrig. afferentes sufficiunt licentiam Generalis, vel Provincialis Religionis, siquidem præ illos approbatio Episcopi, seu loci ordinarij requiritur. Addit si nomine Episcopi, & ordinarij in illis monasteriis exemplis veniret Provincialis, vel Generalis, ultra horum approbationem, approbatio, & licentia sui superioris immediate necessaria esset; quia vnuque petit Pius V. quod tamen ipse Man. negat. Sit ergo certum spectata dicta constitutione præter sententiam regularium Prælatorum approbationem causæ ab ordinario requiri: ita docet Nauar. comm. 4. deregul. numer. 60. Azor. tom. 2. init. 1. moral. lib. 13. cap. 8. quæs. 1. Thomas Zerola præs. Epis. 2. p. verbo Monialis dub. 8. Sanch. lib. 6. fum. c. 15. n. 28. Barbola 3. p. de pote. Epis. alleg. 102.

Fera. à Castro. Sum. Mor. Paris. III.

num. 2. 8. Suan. 1. 4. de Relig. tract. 8. lib. 1. cap. 9. n. 15. & cap. 10. n. 12.

Venit spectato vnu, & consuerudit credo approbationem Episcopi pro Monialis supradictorum monasteriorum necessariam non esse, sed sufficere lui Prælati licenciam; quia ita videtur vnu obtinuisse in Hispania teste Mand. Rodrig. supra Miranda in Man. Pral. tr. de sacris Monial. quæs. 1. & 6. concl. 1. Fr. Ioan. de la Cruz de statu Relig. lib. 1. cap. 5. dub. 3. Sanch. dico c. 15. n. 28. Llamas Meth. curat. append. §. 9. Hic autem Prælaus, qui hanc licentiam & approbationem concedere debet, est Prælaus suis mediarius, sive immediatus, cui monasterium quodam regimen, & gubernationem subiicitur, quia in prædictis constitutionibus sic cauetur absque villa distinctione de superiori mediato, vel immediato, & notante Sanch. n. 28. vbi optimè aduerterit sub huiusmodi superioriore Abbatifam non comprehendendi, viptote codem præcepto clausura obligatam.

10. Nominis Episcopi qui approbat eaulam debet iuxta Trident. & Constitutiones supra dictas venit Vicarius generalis, non foraneus; quia ille vero est ordinarius, non hic, vnuque cum Episcopo tribunal constituit. Sic Barbola 3. p. de pote. Epis. alleg. 102. num. 28. fine, Sanch. dico cap. 15. num. 30. Sed an eam potestatem habeat ex vi Vicarius? Sanch. censet habere quodam monasteria Episcopo subiectas; fecus quoq; monasteria sedi Apostolicae immediatè subiectas, vel subiecta Prælati regularibus, quia in prioribus procedit Episcopus vt ordinarius, in posterioribus vt delegatus à Se de Apostolica. At potestas delegata non transit in Vicarium nisi expressè committratur, fecus ordinaria. Ego vero existimo ex vi Vicarius neutrām potestatem habere, sed indigere speciali commissione; eo quod sit res grauius quæ speciali mandato indiget. Neque obstat competere ipso iure ordinario hanc potestatem in monasteria sibi subiectanā plura sunt que eo iure Episcopo competunt: indigent tamen speciali mandato, vt intelligantur Vicario commissa, vt patet ex prædictis, Barbola alleg. 54. & numer. 60. & in presenti tradit decisum à sacra Congregatione. Suan. tom. 4. de Relig. tract. 8. lib. 1. cap. 10. num. 11. Barbola alleg. 102. num. 28. & 38. Neque ex eo quod Pius V. dixit licentiam approbandum esse ab Episcopo, vel alio loci ordinario inferre potes Vicarium vtpotè ordinarium eam potestarem habere non ex commissione Episcopi, sed ex commissione sedi Apostolicae. Nam sub illis verbis alto loci ordinaria non intelligitur Vicarius Episcopi; hic enim non est alias ab Episcopo, at idem cum Episcopo; sed intelligitur ordinarius, qui Episcopus non sit, quales sint plures Abbates & Priores diocesum habentes. De Vicario capiroli sede vacante idem dicendum est, hanc potestatem habere, si ei à capitulo expresse comittatur, habere autem capirolum hanc potestatem etiam quod monasteria constat, quia ad rectum Ecclesiæ regimē spectat. Neque obstat ea que competit Episcopo iure speciali, & ex delegatione sedis Apostolicae, ad capitulum fede vacante non deuenire: quia id debet intelligi de his, quæ competit iure speciali specialissimō fecus de his quæ competit Episcopo iure speciali communi; & tanquam ordinatio attributo, vt multis allegatis probat Barb. alleg. 36. n. 16.

11. Sed quid dicendum, si itante causa legitima egressus, nolit Episcopus, vel Prælati regularis approbationem, & licentiam egrediendi concedere, potestit ne monialis ea omissa exire? Dubium procedit, cu maniferte constat de legitimitate cause, nam si sub dubio, vel opinione sit, superioris iudicio standum est. Ea tamen certitudine posita credo posse Monialem absolutè exire, sive tenetur ad clausuram ex sola legi Ecclesiastica, sive ex voce, quia nec lex Ecclesiastica, nec votum, quod eius obligacionem imitatur, censetur per se obligare cum graui detimento propriæ vite, vel ad boni communis detrimentum; haec enim solum fuit legitime cause egressus. Ergo illis positis non obligatur Monialis clausuræ præcepto, vel voto Sanch. lib. 6. cap. 15. n. 51. Laym. lib. 1. fum. tr. 5. e. 12. n. 1. ver. 4. Neque inde sit non teneri Monialem petere licentiam, & approbationem stante causa legitima, si cam obtinere potest, quia cum hac obligatio sit ex lege, & ex voto, quæ obligant Monialem ne monasterio exeat abfque licentiam, & approbatione, cum de facto obtineri potest, obseruari omnino debet. Sanch. loco allegato. Notanter dixi posse Monialem in supradicto casu abolitiæ exire negata licentia, vel approbatione, vt tacite infinarem per accidens impediti posse, scilicet ex scandalo, vel infamia Religionis, que si aduersit (vt frequenter contingit) ex refutacione Prælati facta, illius mandati contemptu) iustinenda esset clausura etiam cum periculo vitæ: ut latius tradit Suan. 4. de Relig. tract. 8. lib. 1. cap. 9. n. 12. & 16.

12. Tertia difficultas est, que sit legitima causa egressus? Quia in re Bonif. VII. in dicto c. periculoso statu Regul. in 6. Viuē locutus est, eam solam legitimam affligans, si Monialis laboret tanto, & tali morbo, quo cum absque graui Monialium periculo, vel scandalo commorari in monasterio

T a n o

non posset. Mitius vero **Cosce.** Tid. processit legitimam causam arbitrio ordinarii relinquens, siquidem nullam designavit in particulari, sed eam dixit esse sufficientem, quam Episcopus legitimam esse probauerit ibi: nisi ex aliqua legitima causa ab Episcopo approbanda. At ne cuiuslibet ordinarii arbitrio dispensetur legis ita grauis. Monialibusque profissis necessariarum relinquetur Plus. V. sua constitutione incipiente. **Decori.** Et honestatis causam legitimam esse expressis magnum incendium, infirmitatem leprosorum, aut epidemiam, subdens, sub grauiussum pennis praeferit, non concedit fidam. Nomine magui incendiū communiter. Doctores intelligunt incendium, cui succurso non potest absque periculo pereundi Moniales, si intra claustra comortentur. Sub leprosorum nomine venit infirmitas contagiosa, quam ea infectus à communi contortio separatur. Sub nomine epidemias non solum intelligitur morbus pestifer maiorem partem, agrotorum intermixtum, sed morbus, qui faciliter ad alios diffunditur, et si maiorem partem quos ferit, non intermixtum quia eo ipso labo-rans eo morbo negiri cum aliis absque graui illorum periculo in vita eiōnū communicare, qui est finis concedendi relaxationem clausura, ut tradit Man. Rodriguez. reg. i. 1. 9. 49. art. 4. Sanch. lib. 6. c. 15. n. 34. Suar. t. 4. de relig. trax. 8. lib. 1. c. 9. n. 3.

13. Dubium ergo est, an ex causa simili supradictis possit licentia concedi? Ratio dubitandi est, quia si ex alias similibus causis licentia concedenda est, fructu Pius V. has tres causas tantum expressis sub dictione taxativa statuens extra illas nemini monialium licentiam esse exendum, nec illi praefato licentiam concedere. Non igitur ex aliis causis licentia concedi potest; et ita teneri Addition. ad Nauart. lib. 3. consil. 11. de Regularib. conf. 70. in 2. edit. Thomas Zerola *praxi episcop. t. p. verbo monialis ad 16. quæst. dub. 2.* Et p. 2. verbo moniale fine, testaturque sic decimum esse à facia congregatione. Ceterum omnino tenendum est, ad causas similes dilatio-nem Pij V. extendendam esse, quia illa non est extenso formalis, sed materialis. Satis enim apud doctores receptum est dispositionem legis non solum favorabilem, sed odiosam, ad causas similes sub ratione decidendi comprehensum extendens, quia illa difendit non est extenso, sed inclusivo. Quia ratione esto in Authent. ut cum, de appellat. cognoscit. §. aliud quoque capitulum. Et leg. regia 8. titul. 7. part. 6. enumerentur quatuor cauſa, ob qua tantum excedenti filius possit, et statuunt communiter doctores apud Couartu. cap. Raynatus n. 16. de Testam. ad similes expressis extendi. Et esto in leg. fin. Cod. de resuocari donationem, statuatur ad solas causas ibi expressas, reuocari donationem posse, affirmant communiter scilicet apud Molin. lib. 1. de primogen. c. 9. n. 32. ex causa similibus eam revocationem posse fieri, & cito ob solum aë alienum possit prædicta minorum distrahi leg. ob as alienum. Cod. de pradiis Et alij reb. minor. At aque distrahi potest datis aliis causis similibus, ut testatur ibi glossa, & quamvis in §. sed eti quia tit. de nuptiis collat. 4. tantum promotis ad ordines minores lectoris, & canoris concedatur vxorem ducere, non obinde excludant Ostiarij, & exorcistæ, quia sunt grauius omnino similes expressis. Ergo in praefati etiam Pontifex tres tantum causas legitimas egressus enumeraverunt, si alii similes, vel efficiiores apponantur, ex illis concedenda est. Non enim Pontifex illas tres causas, ut legitimas decidit ob esse materiale, quod habent, sed quia monasterio, toti que communiciari possunt sunt. Ergo dato eodem documento in aliis materialiter diversis, ad ipsas est concessio extendenda; & ita sustinet Nauar. comen. 4. nu. 48. et 5. lib. 11. c. 8. q. 1. ad finem Man. Rodriguez. 1. quæst. regal. q. 4. 9. art. 3. Zenedo collect. 31. ad text. deret. Sanch. alii relatis lib. 6. sum. c. 15. n. 37. August. Barboza 3. p. de poref. episc. allegat. 102. n. 16. Et seqq. Suar. t. 4. de relig. trax. 8. lib. 1. c. 9. n. 3.

Hinc deducitur si bellum ingruat, & periculum sit quod hostes monasterium invadant, honore monialium, & fore ultra periclitetur, nisi exeat, dari sufficientem causam egressus. At idem est si conuentus inundationis periculum habeat: quia sunt causas incendiis similes, & tenent, Nauart. Gutier. Zenedo. Azor. Suar. loci alleg. Sanch. n. 44.

14. Sed an ob morbum non aliis contagiosis, sed tantum patienti periculosis, & nocivis, quaque iudicatur intermixta moniale, si in monasterio periclitetur, vel ob aëris intemperiem, vel ob radium, quo ibi afficitur, vel ob penitentiarum, & medicinarum ad recuperandam salutem, vel ob longam medicorum distantiam, seu absentiam, vel ob alias causas; si è monasterio egrediatur creditur à periculo liberandam, possit concedi egressus. Grauior est dubitatio. Communis sententia negat hanc esse legitimam causam facultatis concedendi: sic Gutier. lib. 1. canon. quæst. c. 14. n. 7. Et seqq. Zenedo collect. 31. ad sexum deveral. Manuel. quæst. regal. t. 1. q. 49. art. 3. Thom. Zerola *praxi episcop. t. p. verbo monialis in fine.* Sanch. lib. 6. sum. c. 15. n. 39. Barboza p. de poref. episc. alleg. 102. n. 21. Layman. lib. 4. sum. trax. 5. c. 32. num. 1. vers. 3. Mouentur, quia hæc causa non est similia, sed potius dissimilis illis, quas

Pius V. vt legitimas tantum expressi, iis enim Pontifex singularium monialium, quam conuentus pectabant, vt confitit ex assignatione magni incendiij, infirmariis leprosorum, & epidemiarum, quæ toti conuentui detrimentum afferunt, ergo causa singulariter nocia simili non est à Pontifice enumerata; ac proinde non est censenda legitima. Et confirmo, si quilibet præberet causam legitimam egressus, vt quid Pontifex decideret causam legitimam, infirmariis contagiosis expressis; illus enim dicere potest quilibet infirmus aem. cui in monasterio succurri non potest, bene extra, esse legitimam causam egressus. Cum ergo id non dixerit, censuit non esse causam legitimam. Neque durum videtur debet obligari moniale ad perseverandum in loco, cum periculo virginitatis, ea obligatio non est à lege ipsi imposta, sed ab ipsa voluntate assumpta, cum professionem emisit; tunc enim subdidit legi praepicenti ibidem manere, tametsi ex illius loci habitatione periculum corporalis salutis impingeat, sicut enim religiosi vii subdantur ea in regione, & conuentu habitate, vbi prælatus bono communis religiosis iudicaret expedire, et hoc ibi cum periculo mortis, à fortiori obliganda sunt moniales. Alias si prælatus religiosis viris scientibus actis in tempore sibi esse nocitiam, tenetur facultatem ininde excundi concedere, quem posse compellere ad habitandum in regionibus infestis: Periculum ergo singulariter bono communis & religiosis postponendum est: præcipue cum hoc periculum non sit clausum sit, & manifestum, sed sepe id sibi persuaderi monialis auiditate excundi, & medice voluntate ei placendi in non leuis clausura, religionis & honestatis detrimentum. Expediter hoc optimi autoritatem Pij V. communis sententia firmata.

15. Nihilominus est supra dicta sententia omnino tenenda est, & consulendasar contraria probabilitas non caret, scilicet ob infirmitatem patienti tantum nocivam, cuius remedium egressus monasterij speratur, intra vero desperatur, licet excundi concedi posse, tenet eam pessimum, & doctissimum Nauart. com. 4. de regul. n. 49. Suar. t. 4. de relig. trax. 8. lib. 1. c. 9. n. 9. Mouentur tripli fundamento. Primum quia legi ratio nunquam obligat, nec videtur obligare posse, ne fugiat mortem etiam suppedita voluntaria obligatione statu allum-pti, nisi in ea fuga bonum commune maxime periclitetur, & contingit in bello, & in exemplo adducto de religiosis commorantibus in regione infesta, qui si ibi compelli non possent habitare, conuentus disloceretur, ut ex egræli vniuersitate alterius monialis infirmis, cuius salus speratur extra clausura, intra vero desperatur, non videtur bonum communis casitatis, & religionis periclitari. Ergo non est censenda Pontifex suo præcepto ad clausuram in hoc cauſa obligare voluisse. Secundum: quia satis probabiliter dici potest Pontificem hinc causam infirmitatis ita frequentis omissoe experimentando causam infirmitatis contagiosa, quia exsuffitare esse mortaliter impossibile dari causum, in quo extra clausura sperretur falso, defertur intra. Ergo si de facto is causus derit lex Pontificalis, ut pote falla præsumptione fundata, eo cauſa non obligabit. Tertio: quia is causus non videtur dissimilis illis, quos Pontifex eti legitos expressis, sed potius sub illis conuenit. Non enim Pontifex solam causam publicam, & toti conuentui nocivam speciale videatur, sed etiam singularem singulis monialibus periculosa, quod exemplo incendiij probat Nauart. lib. 1. c. 9. n. 11. Si enim fingeremus incendum talis conditionis est, vice una, & vel altera monialis periclitaretur, nisi extremitate religiosi absque periculo manentibus, cui dubium est potest illi moniales periclitantes causam legitimam habere egressus? Ergo ex paritate rationis, quories vel ex incendo, vel bello, vel infirmitate, vel alia causa periculum manifestum adiut in obteruanda clausura, ceteri vero extra illam, legitima erit causa egressus. Confirmarique potest exemplo mortis violencia, quam si monialis fugere non posset, nisi e monasterio egredetur, posset virque egredi, ut ipse Sanch. & Barb. admittunt, & tamen is causus solum patienti est nocivus, non aliis ergo causa non publica sed singularis singulare pericula legitimata est egressus. Neque inde fit, posse moniale sic infinitam inconfutabili prælato exire, sic ut in causa incendiij quia inceditum non patitur moram, bene tamen infirmatis.

16. Deinde dubitare potes, an sit legitima causa egressus, si monialis exeat ad fundationem alienius monasterij, vel ad regimem illius? Videtur enim non esse sufficientem, quia hæc causa non est ex enumeratis à Pio V. eum non sit incendum, neque infirmitas contagiosa, neque exiam est similia illis, cum nullum damnum ex omissione illius exitus religionis prouidat, neque in temporalibus, neque in spiritualibus, tamet ut ceteri incrementum, quod sperari poterat. Ob lucrum vero acquirendum non videtur moniale, sicut conuentu exire posse. Ceterum omnino tenendum. Ut legitimam causam egestis esse ad regendum monast. iuri, sic docuit Nauart. com. 4. de Regularib. bonum, & lib. 3. consil. 11. de Regularib. gl. 13.

alios de statu Monach. consil. t. n. 3. Guiterr. lib. i. cap. x. quest. cap. 14. n. 10. & t. 11. Man. Rodr. tom. i. quest regul. quest. 29 art. 5. Sanch. lib. 6. c. 11. n. 45. & seqq. Bartol. de porez & alio leg. 102. n. 15. Suar. tom. 4. de relig. tract. 8 lib. 1. cap. 9. n. 13. Ratio eccl. est quia esto haec causa non comprehendatur sub enumeratis à Pio V. comprehenduntur tamen sub non exclusi ab illorum enim illa dictio taxativa, & exclusiva generali censorum exclusione causam specialiter à iure concepcionis. Quia genus non derogat speciem nec vniuersaliter singulare, tametsi hoc praedictar. At à Trid. sess. 25. c. 7. de Regulari. concepsis est transitus ex uno monasterio ad aliud ob illius gubernationem. Ergo haec concepcionis à Pio V. non censorum derogata.

Hinc fit, per aequarationem istud esse dicendum de monasteriis fundatione, cum x illis egrebus & bonum temporale & spirituale religioni proueniat, sique fundatio quandam regimen religioni valde necessitatis: & tradit Nauar. dicit cons. 48. de Regulari, alia de statu monach. s. Rodrig. dicit. q. 9. art. 5. Sanch. n. 47. Suar. cap. 9. n. 13. Baiob. num. 21. quod monachorum aegrotatio.

17. Ob Iupradictam rationem est causa legitima egressus, si pro iuramento fidelitatis praestanti alii principi in recognoscione feudi, quod monasterium habet debet Abbatissam, egredi; quia in *cap. periculis* §. *verum*, hac causa egressus iudicatur legitima, neque *Pius V.* qui Bonifac. constitutionem inanovauit hanc causam a Bonifac. exprelsam censendus est repellere. Item est legitima causa, si opus sit monasterium ex uno loco in aliud transfreri; quia in *Trid. sess. 2. c. 5.* de Regul. hac causa approbata est, neque presumi potest à *Pio V.* reuocari, atque ita docent Man. Rodriguez. *tom. 1. q. 93. reg. q. 49. art. 5. corollari. 4.* Sanch. *lib. 6. sum. c. 15. n. 53.* Suar. *t. 4. de relig. trist. 8. lib. t. c. 9. n. 13.* At idem est, si necesse fit, monialem alio monasterio recludi ad penitentiam faciendam; quia in *cap. quoniam de Simonia*. hac causa, ut legitima approbatur; quam *Pius V.* non est censendus derogare: sic Sanch. *n. 47.* Suar. *n. 13.* sub qua causa vicepotio omnino simili comprehenditur egestas necessaria, ut moniales corrigitur: contingere enim potest ob potentiam cognatorum, vel ob alias causam ibi commode corrigiri non posse: poterit ergo tunc ex illo monasterio exire, praecipue cum hic exitus, sicut & exitus ad faciendum penitentiam non tam sit voluntarius, quam necessarius, bonumque commune in eis spectetur, tum vi aliae moniales timeant, tum ne malo exemplo minus punite, & correcte peruerterant, & ita sustiner. Man. Rodriguez. *dicta q. 49. art. 5. coroll. 2.* Nauarr. *dicto cons. 4. de Regul. art. 5. 3.* de statu Monach. Sanch. *cap. 15. n. 47.* Suar. *tom. 4. tract. 8. lib. 1. cap. 9. num. 13.*

18. Au vero sit causa sufficiens egressus ad aliud monasterium, si in eo, in quo monialis existit ob aetis intemperiem, vel aliftiorum qualitatem continua labora infirmitate, quam sperat medendam loci mutatione; quamvis haec causa insufficiens indicetur pro egressu monasterii, vt in seculum commoretur. Videatur enim illa sufficiens quia illa non tam est egressio a clausura, quam illius mutatio. Neque censendus est Pius V. & Trid. clausura mutationem interdixisse, sed tantum illius defensionem: sic Gutiér. lib. canon. q. 14. n. 10. probat posse monialem ex uno monasterio in aliud transferri, vt sit Abbatis. Sed non placet haec sententia; quia isto illo egressus sit clausura mutatio, est tamen illa mutatio vera praecedens clausurę egressio, & defertio. Ergo negabo ob causam singularem, & propriam unius monialis posse clausuram defere, alterendum omnino est ob supradictam causam, non posse monialem ex uno monasterio in aliud transire. Alias si verum esset solam clausurę absolutam defensionem, non illius mutationem prohibetur, licet moniali egedi per vnam monasteriorum, ut statim sine villa mora per alia ingredereur praecepit, si aliquo honesto fine ducatur, quod est a veritate omnino alienum, & ita sustinet Quar. 1. 4. de regl. tradi. 8. lib. 1. n. 9. 15. & 6.

num, & illud futur. Stat. 1.4. reg. trist. 3.8.10. v. 5.9.5. p. 59.  
19. Illud vero est omnino aduenturum, cessante caufa,  
ob quam moniis egredii permissus est, debere illico redire  
ad clauſum ut expiæ se decidit Text. in cap. *periculoso*, de  
ſtatu Monach. in 6. & Pius V. in constitut. incipienti: *Deo-  
cor & benefac.* Sed hoc non est ita metaphysicæ intelligenti-  
dum quælibet, mora in statu peccati monachem constituit  
debet enim eſſe ita diuina, ut per se appareat in fraudem le-  
gis fieri, quia non censetur diuinum vnius vel alterius diei:  
ſic Man. Rodig. tom. 1. quæſi reg. q. 47. art. 1. Sanchez lib. 5. ſum.  
cap. 5. n. 50. vbi n. 6. optime intertronionale e monasterio  
exempta cauſa fundationis, correctionis, vel gubernacionis  
alicuius monasterij, eſto obligata fit via recta tendere, si ta-  
men aliquantulum demoretur, vel a via recta intra octo, vel  
nouem leucas dicens cauſa inſtituta cognata, amica, vel  
imaginis, non violare clauſum: quia eſt breuis detentio, &  
moraliſter necessaria, ſpectato communī ſtylo iter agentium,  
iuia quem preceptum clauſuræ menſurandum eſt.

20. Quarta difficultas est de penis impositis, tum illicet egredientibus, tum comitantibus, vel aliquo modo ad egressum cooperantibus. Pro iis actionibus Bonifac. VIII. in dicto cap. periculoso, nullam penam tulit, neque item Trid. Solum adiecutus magistratus facultates negantes Episcopos

auxilium ad clausuram instaurandam statut excommunicatio-  
nem ipso fact. At Plus V. in dicta constitut. quæ incipi-  
*Decori, & honestati penam excommunicationis reservatæ*  
impon aduersus egredientes, seu licentiam egressu quo-  
modocumque concedentes, alter quam in constitut. permis-  
sum est. Item aduersus concomitantes, ac illarum recep-  
trices personas, sive laicas, aut facultates, vel Ecclesiasticas,  
confanguineos, vel non. Insupinet aduersus egestas, &  
superiores licentias concedentes fert Pontificis priuationem,  
dignitatum, officiorum, & administrationum, que eo tempo-  
re obtinunt, redditque inhabiles ad ea, & ad alia in posterum  
obtinenda. Ex dictis punct. preced. constat nomine dignita-  
tum, officiorum, & administrationum, quibus egressa, &  
superiores licentias concedentes priuantur, intelligi dignitates,  
officia, & administrations superioritatem, & quasi iuri-  
dictionem habentia. Item ex eodem punct. constat ad hanc  
penam incurvantur iudicis sententiam taliter declarato-  
riam criminis, quamvis non declaratoriam penæ, exig.

21. Quocita explicandum refat, quas personas excommunicatio, & priuatione officiorum, inhabilitati que ad illa afficiant? Et primo dubitatur; an afficiant monialem legitimo titulo egesfam, sed inique extra claustra commorantem; eo quod scilicet eis causa, ob quam egesfus concessus fuit? Negat Sanch. lib. 6. sum. cap. 1. n. 70. Mouetur, quia Pontifex has personas indixit egredientibus aliter quam ipse disponuerat, at haec monialis non aliter egesfus est, eto alter post ipse egesfus commoretur, ergo haec persona non comprehendunt. Nil hiliosimus oppositum verius censeo. Nam Pontifex has personas indixit monialibus egredientibus aliter quam ipse disponuerat, sed ipse disponuit, ut nonnisi ex causa incendi, infirmitatis, lepra, & epidemiae ab Episcopo cognita, & in scriptis approbadis a monasterio existent, neque extra illa nisi ad necessarij tempus starent: ergo haec vitra necessarium tempus extra monasterium, non egreditur a monasterio qualiter Pontifex prescrivit, si quidem non exequitur illam condicionem, vt tolum durante necessitate foras existenter. Deinde monialis, que extra monasteria vagatur, proprii dictur a monasterio egrediens, quia ad hanc denominationem non est predictans primus egesfus Physicus, sufficit moralis, & continuatus. Adde Pontificem imponentem priuationis, & inhabilitatis penam non vnum sicut verbo egredientes, sed egesfias, vt tacite infinuerit illis verbis idem significari. Ac confat moniale egesfam, & vitra tempus necessarium in seculo commorantem violare Pontificium statutum. Ergo afficiunt illius penitentiae enim non videunt impunito egredientibus utrumque sed egredientibus, si vitra tempus necessarium in seculo commoretur; si quidem verbum illud (ut profertur) ad omnia antecedentia referendum est; at immediate antecessit, ne egrediens vitra tempus necessarium extra monasterium existenter. Ergo haec persona comprehendunt: & ita docet Llamas in methodo curas, in append. §. 10.

22. Secundo dubitatur an hoc excommunicatio, & officiorum, dignitatu, & administrationi priuatio afficiat Episcopos comitantes moniale, vel inique licetiam concedentes, si approbantes? Ratio dubitandi est, quia textus apponendo penas explesse mentionem Episcoporum non fecit, sed solum generaliter dixit, excommunicationi subiacere comitantes inique egriflam, vel illam receptantes, licetiamque excundi altera quam praefecut et concesser, & infra, tam egicas, quam praefidentes, & alios superiores predictos cis licetiam huiusmodi concedentes dignitatus, officii, & administrationibus per eas, & per eos tunc obiecti, priuatio, & illos ad obiecta, & ad alia in posterum obtinenda inhabilis deinceps. Quae omnia de regularibus praelatis, aliisque ordinariis videntur tantum intelligenda, non de Episcopis, quorum expressa mentio facta non est; præcipue cum in cap. *quia periculoso de sent. excomm.* in 6. decimam fit nulla suspicione episcopos ligari, nisi illorum stat expressa mentio, haec autem priuatio, & inhabilitas dignitatum, &c. est quædà suspensio. Ergo salte hanc penam episcopos non contrahunt. At verius censio episcopos his poemis comprehendit, sic docuit Sanch. lib. 6. c. 15. n. 75. Et de pena excommunicationis certum reputo, si forte moniale inique egriflam comitevet, vel recipiat, aut licetiam abque causa legitima eccedat; quia a pena excommunicationis ob supradictas actiones imposita non possunt eximi episcopi; & eo quod illorum non fuit expressa mentio facta; quia ad eam penam incurandam et mentio necessaria non est, ut colligitur ex d.c. *quia periculoso de sent. excomm.* in 6. De pena priuationis, & inhabilitas non est ita certum ob ea que dicuntur in ratione dubitandi. Verius existimo eam penam episcoporum inique licetiam concedente incurrere. Tum quia hec priuatio, & inhabilitas non est suspensio quæ sit censura, & in e. *qua periculoso de sent. excomm.* censura videretur Pontificis locutus. Tum & præcipue, quia expressæ episcopi mentis facta est, si quide dixit textus episcopi, & regularis prælati esse hanc licetiam eccedere, postea subdit, priuationis penam aduersus superiores predictos cis licetiam huiusmodi eccedentes. Debet ergo haec verba intelligi.

## De Voto Religiosa Obedientie.

de superioribus, de quibus immediate ante dixerat, at hi erant episcopi, & regulares prelati, ergo omnes iij his penas comprehenduntur.

21. Tertio dubitatur, qui comitatus, & receptione necessarij sint, ut comitantes, & recipientes monialem inique eges-  
sam censuram excommunicationis incurantur. Breiter respon-  
deo, debere esse comitatum, vel receptionem, quia cum eges-  
sum, vel illius persecutariam foueat, alia non est formalis  
comitatus, vel receptione monialis e monasterio egressa: sic  
Man. Rodrig. tom. 1. quæst. regal. quæst. 49. art. ult. Sanchez  
lib. 6. sum. cap. 15. num. 72.

22. Advertendum tamen est ad incurandum supradictas  
penas egressum a claustrum complectum requiri, quod sufficit  
etiam si ad brevissimum tempus fiat. Secus vero si egressus in-  
completest, qualiter cense si extra limen claustrum non  
touat corpus, sed patrem haberes. Sanchez lib. 6. sum. cap. 15.  
num. 6. 8. & 68. & cap. 16. num. 70. Barbola 3. part. de potest. epif.  
alleg. 102. num. 30.

## P V N C T V M . X.

Qualiter ingressus in monasteria monialium sit  
prohibitus.

Constat in monasteria monialium ingressum prohibitum  
in cap. periculoso de statu Regular. in 6. ibi. Nulli aliquatenus honestæ personæ, nec etiam  
honestæ (nisi rationabilis, & manifesta causa existat, ac de  
illius ad quem pertinuerit scripta licentia) ingressus, vel ac-  
cessus pateat ad easdem moniales. Quod decreatum quodam in-  
gressum consternauit Trident. in dicta excommunicationis pena,  
ibi, ingredi intra septem monasteriorum nemini licet cuiuscumque  
generis, aut conditionis, sexus, vel status fuerit, nisi episcopi,  
aut superioris licentia in scriptis obtenta sub excommunica-  
tionis pena ipso facta incurenda. Date autem tantum epis-  
copos, vel superiori licentiam, debet in casibus necessariis.  
Pius vero V. & Greg. XIII. & Sextus V. varias constitui-  
tiones nouis penas auctas in favorem huius claustrorum ediderunt:  
sed haec non tam prohibent ingressum, quam ingressum pre-  
textu facultatis concessæ, & reuocatae, de quarum intellectu  
infra aliquid attinemus. Ut igitur haec prohibetur clarus  
innoscatur, examinandum singulariter est. Primo, que sine  
personæ sub hac prohibitione comprehensa. Secundo, qui  
possunt licentiam dare ad ingressum, & qualiter haec licentia  
concedenda est. Tertio, quæ causa necessaria sit, & sufficiat  
ad praedictam licentiam concedendam. Quarto, que penæ  
impositæ sint tum ingredientibus, tum admittentibus, tum  
licentiam concedentibus alter quæcum à luce permititur.

## S. I.

Quæ sint personæ, quibus ingressus in monasteria  
Monialium interdictus est.

## S V M M A R I U M .

1. Omnes cuiuscumque conditionis excepto Rege, Regina, &c.  
prohibetur.
2. Non prohibetur infantibus.
3. Prohibetur perpetuo amentibus.
4. Quid dicendum de Monialibus licet egressis; Proponitur  
sententia Llamas & Sanch. Verius est in nullum mo-  
nasterium ingredi posse.

1. Constat ex cap. periculoso de statu Regular. in 6. & ex  
Trident. dicto cap. 5. sess. 25. interdictum esse in mo-  
nasteria monialium ingressum omnibus cuiuscumque status,  
& conditionis sint tam viris, quam feminis, tam laicis,  
quam clericis, tam secularibus, quam regularibus, ac etiam  
episcopis, vt tenet Navarr. com. 4. de Regularib. num. 39.  
Gratian. discept. forens. cap. 39. num. 5. & 20. Suar. tom. 4.  
de relig. trist. 8. lib. 1. cap. 1. in prime. Solum Reges, Reginae,  
etrumque filii, & nepotes tacite excipiuntur. Hi enim non  
censentur sub generalibus verbis comprehensi ob eorum re-  
galem conditionem, sed opus est illorum expressa mentione.  
Sanch. lib. 6. sum. cap. 16. num. 3. & cap. 17. num. 5. Quocirca  
de triplici personarum genere est aliqualis difficultas; an sit  
eis ingressus interdictus, nimirum de infantibus, de amentibus,  
& de Monialibus ob necessariam causam à monasterio  
egressi.

2. Quod attinet ad infantes, qui vñ rationis non at-  
tingunt, manifestum est hac prohibitione non teneri; quia  
ipso nullius precepti capaces sunt. Ex quo sit neque monia-  
les prohibitas esse illos admittere. Quia prohibito monialibus  
facta est accessoria prohibitioni ingredientium, ut ma-

nifeste colligitur ex Trident. dicente, nemini licet intrare  
ta Monasterij ingredi. Cum ergo hi infantes nulla ingressus  
teneantur prohibitione, neque moniales tenentur illos non  
admittere: sic Navarr. com. 4. de Regularib. num. 39. & in sam.  
cap. 28. addit. 2. ad num. 14. cap. 25. Azor. tom. 1. in his mor. lib. 1.  
cap. 8. quæst. 5. Man. Rodrig. quæst. regal. tom. 1. quæst. 46. art. 1.  
Sanch. lib. 6. sum. cap. 16. num. 5. Barbola 3. part. de potest. epif.  
alleg. 102. num. 32. Suar. tom. 4. de relig. trist. 8. lib. 1. cap. 10.  
lib. 6. sum. cap. 15. num. 72.

3. De perpetuo amentibus grauior est debitario: nam  
cum ipso astringi non possint præcepto obseruantur monialium  
claustrum; eo quod viu rationis careant; neque moniales vi-  
dentur obligare illos non admittere sicuti de infantibus  
diximus. Verum omnino tenendum est hos amentes exclu-  
dendo esse, grauiterque peccatores qui illos in monasteria  
monialium introducunt, vel admittunt. Nam ipso sicut ei, &  
dormientes habent obligatione ligati sunt, tametsi ob defectum  
rationis ab illius obseruatione excusentur: quam excusatio-  
nem habere non possunt eos liberè introducere, & admittentes;  
sicuti non haberent, si ebrios, & dormientes indu-  
cerent. Et forte ea de causa in cap. periculoso sub verbo  
passiuo dictum est. Nulli honestæ, vel honestæ personæ in-  
gressus pateat; vt sic non tantum libertatem ingredientes; sed  
permitentes ingressum comprehendenterentur, & manum  
est sub persona honesta, vel dishonesta hos amentes intelligi,  
qui & monasteria perturbare possunt, & vanis locutionibus  
ad malum pronuncare, & ita tenet Navarr. comment. 4. de  
Regul. num. 39. Sanch. lib. 6. cap. 16. num. 8. Man. Rodrig. quæst.  
regul. quæst. 46. art. 1. Barbola alleg. 102. num. 32. fine Suar. tom. 4.  
de relig. trist. 8. lib. 1. cap. 10. a. num. 3.

4. Tertio dubitatur potest de monialibus licet è mona-  
sterio egressis; an licet monasteria ingredi: Et quidem ingredi  
in proprium monasterium, in quo claustrum probabile sunt,  
nemini potest esse dubium licet omnino esse: si quidem  
solum pro necessitate virgine, & licentia in scriptis obiecta  
permisum monialibus est extra illud manere; at posse in  
alienum monasterium ingredi sive sit ciudem ordinis, & ha-  
bitus sive diversi difficultate non caret, eo quod sit ingressus  
in monasterio absque licentia. Llamas in methodo curat. in  
append. §. 11. in fine exsilitat moniale, que ex uno mo-  
nasterio in aliud transfertur; si in via accedit ad locum, in  
quo monasterium exsilit sive sit ciudem ordinis, & habitus;  
sive diversi, posse ibi hospitio recipi; quia si ingrediens  
seruat claustrum ex modo quo potest, recipi tamenque hanc  
obseruationem fount. Ergo nulla est ibi claustrum violatio,  
neque credendum est Pontificem hanc ingressum ita honesta-  
ti monialis convenientem interdixisse.

Sanch. vero lib. 6. sum. cap. 6. num. 10. supradictam sen-  
tentiam admittit comparatione monasterij ciudem ordinis,  
& habitus, secus diversi. Mouet; quia comparatione mo-  
nasterij ciudem ordinis cessat prohibito; quia est, ne ex-  
traencia illuc ingrediantur; at monialis ciudem ordinis, &  
habitibus non est extranca a conuentu, sed moritler propria  
illius. Ergo ingredi potest sive causa hospiti, sive gratia  
animi recreandi, aut insuendi moniales. Quia ratio non  
procedit in monasterio diversi ordinis, ac proinde in illud  
absque licentia ingredi non debet. Hac autem licentia (in-  
quit Sanch.) concedi potest, si eo in loco non sit aliquid  
hospitium, in quo commode noctem dicere posset; quia te-  
ligiocharitas, honestatque monialis sufficientem causam  
pervenit illius licentia concedenda.

Sed haec Sanch. distinctione mihi non probetur; nam ego  
monasterium sit ciudem ordinis, & habitus, cuius est mo-  
nialis illuc ingrediens; non inde sit, monialem alii profesi-  
am, & alterius monasterij claustrum obligaram esse propriam  
illius. Alijs omnes moniales ciudem ordinis, & habitus  
possent pro libro qualibet monasteria sua religionis ingredi,  
cum sint sub eadem claustrum, quod est omnino falsum. Quo-  
circa verius existimo sive monasterium sit ciudem ordinis,  
sive diversi non posse moniales illuc ingredi ab quo superio-  
ris illius licentia; quia cum non sit illius monasterij, sed  
alterius, comprehenditur sub prohibitione concilij interdi-  
centis omnibus, qui illius monasterij non sunt, ingressum  
in illud. Supradictamque licentiam existimo dati posse, si  
eo in loco non adsit hospitium, quo commode noctem dicere  
posset; quia ex caufo honestati monialis, & decente te-  
ligiohabitus confundit; ac proinde conferi debet legitima  
caufo licentiam concedendi. Secus vero si monialis caufo re-  
cuperanda salutis in aliquo oppido existere, velleque cau-  
fo animi recreandi, vel moniales insuendi monasterium ingre-  
di, ceterum vriue causam legitimam non esse ingredie-